

AN EARLY CORONER'S ROLL FOR  
BUCKINGHAMSHIRE

BY

J. G. JENKINS

[EDITOR'S NOTE. The great interest of the roll here printed makes its appearance welcome, and members are indebted to the assiduous labour and careful scholarship of the author of the *History of Penn* for supplying them with it.

In order to reduce the printing the translation has been given in full in the first case only; in the other cases a brief précis has been substituted, as the formula in each case is similar and personal and place-names will be recognized in the original].

This Coroners' Roll for the years 1-13 of Richard II. may be claimed as the earliest Roll for the County possessing completeness and clarity; there are a few fragmentary Rolls in the P.R.O. belonging to the reign of Edward III., but they are not altogether suitable for transcription in this Journal. Only part of the Roll is here transcribed, that relating to the first year of Richard II. and it should be pointed out that the record is not the original "rotulus coronatorum," but merely a transcript. Nevertheless, transcript though it be, it is doubtless contemporary with the original. We know that these Coroners' Rolls were laid before the royal justices at the eyre and the transcripts would be made by order of the King's justices for the use of the crown.

To the local historian these rolls are of considerable value (1) for their evidence of place-name forms; (2) for the topographical details they frequently give; (3) for the wealth of personal names they contain. To the legal historian, the method of procedure at a "crown's quest" in mediæval times will be worthy of study, while the general reader concerned with social and domestic happenings will find much to interest him in these tales of murder and sudden death.

A word of explanation may be given of the procedure which these Rolls exemplify. Each inquest is preceded by a short statement of the finding of the dead body, and it was the duty of the finder immediately to raise the hue and cry, so that the whole community should thereupon make every effort to pursue and arrest the evildoer, if any. The finder also secured pledges for his own innocence, as did the four neighbours living nearest to the scene of the crime or accident.

A few days later an inquest is held in the presence of the coroner by the four neighbouring townships (not by the coroner, be it observed) acting with the township where the death occurred. A jury of twelve men, presumably drawn from these townships, is sworn and they say what they know of the affair. The instrument of death is duly valued for purposes of deodand—it varies greatly, from 1d. for a knife to 34s., the value of a horse and waggon which knocked down and killed a child aged two. The value of the deodand is charged against the township in which the crime or accident happened and will have to be accounted for to the King's justices in eyre at the next assize court.

In cases of homicide, the goods and chattels of the suspected culprit were likewise valued and the proceeds handed over to the Crown. "In fact, the inquests were a fertile source of royal revenue and the jurors often seem to be more concerned about the felon's chattels than about his arrest and punishment." (*Select Cases from the Coroners' Rolls*, Selden Society, edited Charles Gross. Intro—p. xxiv.).

There were probably at this time two coroners for Buckinghamshire, but the only one mentioned in this Roll is William Barton, who seems to have had in his charge the northern Hundreds of the County. The sheriff was charged with the apprehension of those criminals who had fled from the scene of the crime and had succeeded in evading the hue and cry; John Olneye and John of Aylesbury are two sheriffs mentioned in the Roll.

Contigit apud Hadenham die Veneris in vigilia sancti Jacobi Anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum primo quod Andreas Scot de Hadenham primo invenit circa horam vesperarum Adam Machon mortuum in domo sua apud Hadenham qui levavit hutesium et clamorem et attachiavit plegium Johannis Scot et Rogeri Austyn.

Johannes Pas primus vicinus attachiavit plegium Johannis Claydon et Ricardi Chapman. Johannes Kylon secundus etc.—Johannis Pas et Johannis Claydon. Ricardus Chapman tertius etc.—Johannis Scot et Johannis Jekyn. Johannes Claydon quartus etc.—Johannis Reynald et Rogeri Austyn.

Inquisitio inde capta apud Hadenham die dominica proxima post festum sancti Jacobi apostoli Anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum primo coram Willelmo Barton uno coronatore Comitatus Buk. per quatuor villatas propinquiores scilicet, Aston Sannford, Kyngesheye, Dunyton et Stone cum villata de Hadenham predicta una cum sacramentis Johannis Reynham, Ade Weche, Johannis Pymme, Johannis Rolves, Thome Simond, Johannis Baldewyne, Ricardi Pykot, Willelmi Pukstede, Ricardi Malyn, Ricardi Astwyk, Willelmi Upton, et Rogeri Austyn juratores, Qui dicunt per sacramentum suum quod die Veneris in vigilia sancti Jacobi apostoli Anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum primo cito post horam nonam Rogerus de Bours obiavit Ade Machon in campo de Codyngton et ibidem percussit predictum Adam Machon cum uno gladio precii xvij<sup>d</sup> in sinistra parte capitis. Ita quod predictus Adam Machon in domo sua apud Hadenham circa horam vesperarum in eadem die moriebatur. Et dicunt quod Ernaldus de Cronowe, Johannes Cachepol et David Loringham fuerunt coadiutores prefato Rogero de Bours ad interficiendum prefatum Adam Machon die loco et anno supradicto. Et dicunt quod predicti Rogerus de Bours, Ernaldus de Cronowe, Johannes Cachepol et David Lorynham nulla habent terras seu catalla set statim fugerunt postquam dictam feloniam fecerunt. Et preceptum est

incontinenter Johanni Olneye vicecomiti Buk. quod ipsos capiat, etc.

Precium deodande xviiij<sup>d</sup> et unde villata de Codyngton onerata (est).

It happened at Haddenham on Friday, 24 July, 1377, that Andrew Scot of Haddenham first found about the hour of vespers Adam Machon dead in his house at Haddenham, and he raised the hue and cry and secured as pledges John Scot and Roger Austyn.

John Pas, 1st neighbour, secured as pledges John Claydon and Rd. Chapman.

John Kylon, 2nd neighbour, secured as pledges John Pas & John Claydon.

Rd. Chapman, 3rd neighbour, secured as pledges John Scot & John Jekyn.

John Claydon, 4th neighbour, secured as pledges John Reynald & Roger Austyn.

An inquest was thereupon held at Haddenham on Sunday, 26 July, 1377, before Wm. Barton, a coroner for the County of Buckingham, by the four neighbouring vills, namely Aston Sandford, Kingsey, Dinton, and Stone with the vill of Haddenham aforesaid together upon the oaths of John Reynham, Adam Weche, John Pymme, John Rolves, Thos. Simond, John Baldewyne, Rd. Pykot, Wm. Pukstede, Rd. Malyn, Rd. Astwyk, Wm. Upton, and Roger Austyn, the jurors, who say upon their oath that on the Friday soon after 3.0 p.m. Roger de Bours met Adam Machon on Cuddington Heath, and there struck the aforesaid Adam Machon with a sword of the value of xviiij<sup>d</sup> in the left part of his head. Consequently the aforesaid Adam Machon died at his house at Haddenham about the hour of vespers on the same day. And they say that Ernald de Cronowe, John Cachepol, & David Loringham were accessories with the aforesaid Roger de Bours in the slaying of the aforesaid Adam Machon at the time and place above-mentioned.—And they say that the aforesaid Roger de Bours, Ernald de Cronowe, John Cachepol, and David Loringham have no lands or chattels,

but immediately they fled after they had committed the said felony, and John Olney, Sheriff of Bucks, is forthwith ordered to arrest them.

Value of the deodand xviiij<sup>d</sup>, with which the vill of Cuddington is charged.

---

Contigit apud Beerton die dominica proxima ante festum sancti Mathei apostoli Anno etc. . . . . quod Willelmus Wynche primo invenit circa ignitegium Gregorium Welsheman mortuum in domo Thome Pegge de eadem qui statim levavit hutesium et clamorem et attachiavit plegium Thome Pede et Willelmi Paskedene.

Hugo Blakston primus etc. . . . . Thome Pede et Willelmi Bush. Johannes Frenshe secundus etc. . . . . Johannis Derby et Johannis Balky. Thomas Redhed tertius etc. . . . . Johannis Eyse et Thome Pede. Willelmus Bush quartus etc, . . . . Johannis Derby et Johannis Eyse.

Inquisitio inde capta apud Beerton coram Willelmo Barton uno coronatore Comitatus Buk. die Martis proxima post festum sancti Mathei apostoli, Anno etc. . . . . per quatuor villatas propinquoiores scilicet, Hulecote, Aylesbury, Broughton, et Walton cum villata de Beerton predicta una cum sacramentis Ricardi Bormynton, Johannis Derby, Willelmi Carlyl, Johannis Eyse, Willelmi Paskedene, Johannis Balky, Willelmi Barger, Johannis Wynche, Thome Pegge, Johannis Paskedene, Willelmi Bush, et Thome Redhed juratores, Qui dicunt per sacramentum suum quod die dominica proxima ante festum sancti Mathei apostoli Anno . . . . . Willelmus Bamton 'ropere' felonice interfecit Gregorium Welsheman cum uno cultello vocato thwetul precii ij<sup>d</sup> in tergo erga cor suum apud Beerton in domo Thome Pegge circa ignitegium qui Willelmus Bampton statim postquam dictam feloniam fecit fugit ad ecclesiam de Beerton predicta. Et dicunt quod dictus Willelmus Bampton 'ropere' habuit bona et catalla die quo dictam feloniam fecit precii xij<sup>d</sup> unde dicta villata de Beerton onerata (est), precium cultelli ij<sup>d</sup> unde dicta villata de Beerton onerata (est).

Thomas Pegge dominus illius domus attachiavit plegium Johannis Derby et Willelmi Carlyl, Ricardi Ascote et Willelmi Halton.

Et eodem die martis proxima post festum sancti Mathei apostoli Anno . . . . . prefatus Willelmus Bampton 'ropere' in ecclesia de Beerton causa dicta felonia existens cognovit coram predicto Willelmo Barton coronatore se felonice interfecisse predictum Gregorium Welsheman cum uno cultello in domo Thome Pegge apud Beerton circa ignitegium die etc. . . . . propter quam feloniam coram prefato Willelmo Barton coronatore prefatus Willelmus Bampton 'ropere' existens in ecclesia de Beerton predicta die martis proxima post festum sancti Mathei apostoli anno supradicto abjuravit regnum.

[On Sunday 20 Septr. 1377 Wm. Wynche found Gregory Welsheman dead in the house of Thos. Pegge of Bierton, and on 22 Septr. before Wm. Barton, coroner, an inquest was held, the jury finding that Wm. Bampton, 'ropere,' slew Welsheman by stabbing him in the back near his heart with a knife called a 'thwetul,'<sup>1</sup> valued at 2d. Immediately after committing the felony Bampton fled to the church of Bierton; on that day Bampton had goods & chattels to the value of 12d., with which Bierton is charged, together with 2d., the value of the knife.

On the same day Bampton acknowledged before the coroner in Bierton Church that he feloniously killed Welsheman, on which account he renounced the realm for ever.]

Contigit apud Wycoumbe die dominica proxima ante festum sancti Mathei apostoli Anno . . . . . quod Johannes Taberer primo invenit circa mediam noctem Willelmum Stevene mortuum in domo Johannis Wylot de eadem qui statim etc. . . . . Johannis Stacy et Johannis Bodere de Wycoumbe.

<sup>1</sup> "Ther was no man for peril dorste him touche,  
A Sheffield thwitel baar he in his hose."

Chaucer—The Reves Tale.

Our modern word "whittle" is derived from this Middle English word.  
O.E.D.

Robertus Tayllor primus etc. . . . . Johannis Stacy et  
 Willelmi Sely. Willelmus Heyward secundus etc. . . . .  
 Roberti Smyth et Johannis Reygnald. Walterus Barbour  
 tertius etc. . . . . Johannis Bodere et Johannis Stacy.  
 Robertus Fullere quatuor etc. . . . . Johannis Gotere  
 et Johannis Bodere.

Inquisitio inde capta apud Wycoumbe coram  
 Willelmo Barton uno coronatore Comitatus Buk. die  
 Mercurii proxima post festum etc. . . . .  
 primo per predictum burgum de Wycoumbe una  
 cum sacramentis Galfridi Taylfer, Johannis Baron  
 deyere, Johannis Stacy, Johannis Lyndpaper, Johannis  
 Wydyngdon, Johannis Regat, Elie Tayllor, Henrici  
 Wheler, Johannis Bodere, Thome Meborne, Johannis  
 Reynald, et Willelmi Sely, juratores, Qui dicunt per  
 sacramentum suum quod die dominica proxima . . . . .  
 ante horam vesperarum Walterus Kellere de Wycoumbe  
 in regia via erga domum suam percussit Willelmum  
 Stevene de eadem in pectore suo cum uno baselardo  
 precii iiiij<sup>d</sup>. Ita quod dictus Willelmus Stevene in  
 eadem nocte circa mediam noctem in domo Johannis  
 Wylot de Wycoumbe moriebatur. Et dicunt quod pre-  
 dictus Walterus Kellere statim fugit postquam dictam  
 feloniam fecit. Et dicunt quod dictus Walterus habuit  
 die quo dictam feloniam fecit bona et catalla ad valen-  
 ciam octo librarum unde villata de Wycoumbe onerata  
 (est). Et preceptum est incontinenter Johanni Olneye  
 vicecomiti Buk. quod ipsum Walterum capiat etc.

Precium deodande iiiij<sup>d</sup> unde burgus de Wycoumbe  
 oneratus (est).

[On Sunday, 20 Sept., 1377, John Taberer found  
 Wm. Steven dead in the house of John Wylot at  
 Wycombe, and on 23 Sept. an inquest was held by the  
 Borough, the jury finding that Walter Keller, of  
 Wycombe, in the highway near his house struck Wm.  
 Steven in the chest with a baselard,<sup>2</sup> valued at 4d., in  
 consequence of which he died. Keller fled after he had  
 committed the felony, having on that day goods and

<sup>2</sup> A dagger or hanger, worn at the girdle. *O.E.D.*

chattels to the value of £8, with which Wycombe is charged, and John Olney,<sup>3</sup> sheriff of Bucks, was forthwith ordered to arrest Keller. The Borough of Wycombe is charged with 4d., the value of the deadand.]

Contigit apud Nether Wynchyndon die Jovis proxima ante festum Sancti Luce Evangeliste Anno . . . . . quod Willelmus Gybbus primo invenit circa horam primam Johannem Stevens de eadem mortuum in grangia sua qui statim etc. . . . . Roberti Yonge et Johannis Clerc.

Willelmus frankeleyn primus . . . . Nicholai hurne et Henrici Jurdan. Willelmus Pany secundus . . . . . Johannis hercourt et Johannis Clerc. Willelmus yonge tertius . . . . Johannis Clerc et Willelmi Pany. Thomas Webbe quartus . . . . Johannis Boly et Johannis Rolves.

Inquisitio inde capta coram Willelmo Barton etc. apud Nether Wynchyndon die Veneris proxima ante festum sancti Luce Evangeliste Anno etc. . . . . per quatuor villatas propinquiores scilicet, Over Wynchyndon, Cherdesle, Polycote, et Esshendon cum villata de Nether Wynchyndon predicta una cum sacramentis Roberti Yonge, Johannis Boly, Ricardi Byssshop, Johannis Rolves, Johannis Clerc, Thome Twychene, Johannis hercourt, Willelmi Rysborgh, Roberti Germeyn, Henrici Jurdan, Nicholai hurne, et Willelmi frankeleyn, juratores, Qui dicunt per sacramentum suum quod die Jovis circa horam primam proxima ante etc. . . . . Johannes Stevens de Nether Wynchyndon ascendebat quamdam scalam in grangia sua apud Nether Wynchyndon precii iid ad operiendum garbas de tasso suo ordeistio ad tritrandum et subito per infortunium et in nullius defectu de predicta scala cecidit super caput eius ita quod collum eius frangebatur et incontinenter moriebatur. Et dicunt quod nil aliud inde sciunt ut

<sup>3</sup> Of Weston Underwood, apparently he was identical with John Barker of Olney, 'marchaunt,' who died before 1396. See *Vict. County Hist.* IV., 498. His arms (according to Browne Willis's *Buckingham*, p. 10) were: Ar. a fesse embattled between 6 cross crozlets fitchée gu, 3 crescents or.



inquirere possunt. Precium deodande ij<sup>d</sup> unde dicta villata de Nether Wynchyndon onerata (est).

[On Thursday, 15 Octr. 1377, Wm. Gybbus found John Stevens dead in his granary at Nether Winchendon, and on the following day an inquest was held before Wm. Barton, when the jury found that John Stevens climbed a ladder (valued at 2d.) to put under cover for threshing sheaves from his barley rick, and suddenly, by no one's fault, he fell from the ladder on to his head and broke his neck, dying forthwith. The jury said that there was nothing further to inquire about, and Nether Winchendon was charged with the value of the deodand—2d.].

Contigit apud Nether Wynchyndon die Martis proxima post festum sancti Edmundi Episcopi Anno etc . . . . . quod Nicholas hasul primo invenit statim post horam nonam Nicholam hurne mortuum in domo sua apud Nether Wynchyndon qui statim etc . . . . . plegium Roberti Yonge et Edwardi Uslak.

Johannes hore primus . . . . . Roberti Yonge et Johannis Jay. Ricardus Colyn secundus . . . . Edwardi Uslak et Johannis hore. Johannes Jay tertius . . . . . Ricardi hore et Willelmi Pany. Willelmus hore quartus . . . . . Hugonis Reve et Ricardi Colyn.

Inquisitio inde capta coram Willelmi Barton etc . . . . die Jovis proxima post festum sancti Edmundi Episcopi Anno etc . . . . . per quatuor villatas propinquiores scilicet, Cherdesle, Over Wynchyndon, Polycote, et Esshendon, cum villata de Nether Wynchyndon predicta una cum sacramentis Petri Frankeleyn, Willelmi Reynald, Willelmi frankeleyn, Willelmi Rysborgh, Johannis Jay, Hugonis Reve, Willelmi hore, Willelmi Pany, Ricardi hore, Thome Deryng, Johannis Alman, et Johannis Baldewyne juratores, Qui dicunt per sacramentum suum quod die Lune in festo etc . . . . . Robertus Berecroft de Nether Wynchyndon circa ignitegium percussit Nicholam hurne cum uno cultello precii ij<sup>d</sup> in sinistra parte corporis apud Nether Wynchyndon ita quod dictus Nicholas die Martis etc

. . . . . anno supradicto in domo sua apud Nether Wynchyndon moriebatur. Et dicunt quod dictus Robertus statim fugit postquam dictam feloniam fecit. Et ideo preceptum est incontinenter Johanni de Aillesbury tunc vicecomiti Buk' quod ipsum capiat etc. Et juratores dicunt quod dictus Robertus nulla habuit catalla etc. precium cultelli ij<sup>d</sup> unde dicta villata de Nether Wynchyndon onerata (est).

[On Tuesday, 17 Nov. 1377, Nicholas Hasul found Nicholas Hurne dead in his house at Nether Winchendon. On the Thursday following an inquest was held before William Barton, the jury finding that Robert Berecroft of Nether Winchendon struck Nicholas Hurne with a knife (valued at 2d.) in the left side, so that he died; and that after Robert had committed this felony he fled, and John of Aylesbury,<sup>4</sup> sheriff of Bucks, was ordered to arrest him. The said Robert had no chattels, and Nether Winchendon was charged with 2d., the value of the knife].

Contigit apud Lynchelade die Sabati proxima ante festum Sancti Thome apostoli Anno etc. . . . . quod Ricardus Maryot de Lynchelade primo invenit Radulfum Rogger de eadem mortuum in domo sua apud Lynchelade qui etc. . . . . plegium Willelmi hottere et Radulfi Deye.

Johannes Waldryke primus . . . . . Radulfi Deye et Johannis Gurneye. Johannes Strech secundus . . . . . Willelmi Bray et Johannis bendus. Ricardus hurne tertius . . . . . Radulfi Deye et Johannis Strech. Johannes Twynere quartus . . . . . Ricardi hurne et Radulfi Deye.

Inquisitio inde capta coram Willelmo de Barton etc. . . . . apud Lynchelade die Lune in festo Sancti Thome apostoli Anno etc. . . . . per quatuor villatas propinquiores scilicet, Sulbury, Suthcote, Lyscoumbe, et Chelmescote cum villata de Lynchelade predicta una

<sup>4</sup>The family of Aylesbury acquired the manor of Milton Keynes by marrying Margaret Keynes at the end of the 13th century. John, the sheriff in 1377, succeeded to the estate in 1349 and died in 1409. (*V.C.H.* IV.,402), his arms were Az. a cross argent.

cum sacramentis Johannis Chyld, Galfridi Payn, Johannis Hulle, Johannis Bongull, Johannis Gurney, Johannis Kyngeswode, Willelmi Bray, Johannis hendus, Thome Wells, Simonis Davy, Johannis Wareyn senioris, Radulfi Deye, juratores, Qui dicunt per sacramentum suum die Sabati proxima ante festum etc. . . . . Radulfus Rogger de Lynchelade scandit super quamdam scalam super suelam ad cooperiendum dictam domum cum stramine et subito per infortunium et in nullius defectu cecidit de dicta scala. Ita quod collum eius fractum fuit et incontinenter moriebatur. Et dicunt quod nil aliud inde sciunt ut inquirere possunt. Precium scale iijd. unde dicta villata de Lynchelade onerata (est).

---

[On Saturday, 19 Dec. 1377, at Linslade, Richard Maryot found Ralf Rogger dead in his house. An inquest was held the following Monday before Wm. de Barton, and the jury found that Ralf Rogger climbed up a ladder over the pigstye to thatch the house, and suddenly, through no one's fault, he fell from the ladder and broke his neck forthwith. They say that they can find out no more, and Linslade was charged with 3d., the value of the ladder].

---

Contigit apud Woketon die Jovis proxima ante festum Sancti Petri in Cathedra Anno etc. . . . . quod Johannes Jay de Woketon primo invenit Johannem Pocok de Loughton mortuum iacentem in aqua vocata Lovent inter villatam de Woketon et Walton qui statim etc. . . . . plegium Johannis Pondere et Thome Roolf.

Walterus Coupere primus . . . . . Roberti Curteys et Roberti Betrych. Ricardus Strete secundus . . . . . Johannis Pondere et Roberti Curteys. Ricardus Tayllor tertius . . . . . Johannis Knyht et Willelmi Payn. Johannes Monkus quartus . . . . . Ricardi Tayllor et Johannis Pondere.

Inquisitio inde capta coram Willelmo Barton etc. . . . . apud Woketon die Veneris etc. . . . . per quatuor villatas propinquoires scilicet Swueston,

Wulston magna, Wulston parva, et Lughton cum villata de Woketon predicta una cum sacramentis Willelmi Gybbesone, Walteri Coupere, Ricardi Strete, Roberti Curteys, Roberti Betrych, Willelmi Ede, Walteri Steband, Thome Roof, Johannis Pondere, Willelmi Payn, Johannis Knyht, et Johannis Penkus juratores. Qui dicunt per sacramentum suum quod die dominica proxima post festum Circumcisionis domini Anno etc. . . . . Johannes Pocok de Lughton in nullius defectu cecidit de jumento suo in aqua vocata Lovent inter Woketon et Walton et ibidem demergebatur. Et dicunt quod nil aliud inde sciunt ut inquirere possunt.

[On Thursday 25 Feb. 1378 John Jay, of Woughton, found John Pocok of Loughton lying dead in the water called Lovent, (i.e. the Lovat) between Woughton and Walton. An inquest was held next day before Wm. Barton, and the jury found that he fell from his horse through nobody's fault and was drowned; and that they cannot learn more].

Contigit apud Olneye die dominica proxima post festum Sancti Gregorii pape Anno etc. . . . . quod Johannes Ede primo invenit Henricum Huttere de eadem mortuum circa ignitegium in domo sua apud Olneye qui statim etc. . . . . plegium Rogeri Austin et Johannis Shoppe.

Rogerus Whyte primus . . . . . Johannis Stoke et Johannis Mason. Johannis Brasyere secundus . . . . . Johannis Shoppe et Rogeri Austyn. Willelmus Ocle tertius . . . . . Johannis Brasyere et Willelmi Smyth. Johannes Stoke quartus . . . . . Johannis Stoke et Johannis Shoppe.

Inquisitio inde capta coram Willelmo Barton etc. . . . . apud Olneye die Martis proxima post festum Sancti Gregorii pape Anno etc. . . . . per quatuor villatas propinquiores scilicet, Weston, Lavindene, Ravinston, Gothurst, cum villata de Olyneye predicta una cum sacramentis Johannis Mason, Johannis Stoke, Henrici Smyth, Willelmi Bronnesden, Willelmi

Frampton, Edwardi Coupere, Rogeri Whyte, Johannis atte Shoppe, Willelmi Ocle, Petri Bakere, Johannis Kynbelle, et Johannis Brasyere juratores, Qui dicunt per sacramentum suum quod die dominica proxima post festum etc. . . . Johannes yngel noctanter felonice interfecit Henricum Huttere de Olneye cum uno cultello vocato Thwytul precii j<sup>d</sup>. Et quod Johannes Braban, Herbardus Coo, et Johannes Mannyng fuerunt procuratores et abettatores et de assensu ad interficiendum predicti Henrici die loco et anno supra dicto. Et quod dictus Johannes Braban receptavit predictum Johannem Yngel dicta nocte et anno in domo sua apud Olneye sciens ipsum feloneum esse et dictam feloniam fecisse. Et dictus Johannes Braban habet bona et catalla ad valentiam xl<sup>d</sup>. unde villata de Olneye onerata (est). Et quod dictus Johannes yngel, Herbardus Coo, et Johannes Mannyng nulla habent bona nec catalla. Et predicti Johannes Yngel, Johannes Braban, Herbardus Coo, et Johannes Mannyng capti causa felonie predicte liberantur Johanni de Aylesbury tunc vicecomiti Buk' ideo idem.

---

[On Sunday 14 March 1378 John Ede of Olney found Henry Huttere dead in his house at Olney. An inquest was held on 16th March, and the jury found that John Yngel killed Hy. Huttere with a knife, called a thwytul, valued at 1d; and that John Braban, Herbard Coo, and John Mannyng were abettors and assented to the murder. They found that John Braban has goods and chattels to the value of 40d. with which Olney is charged, and that Braban received John Yngel in his house, knowing him to have committed the felony; and that John Yngel, Herbard Coo, and John Mannyng have no goods or chattels. Yngel, Braban, Coo, and Mannyng were arrested and handed over to John of Aylesbury, sheriff of Bucks].

---

Contigit apud Newynton Blossmenyle die dominica proxima post festum Sancti Gregorii pape Anno etc.

. . . . . quod Isabella Wanter de Stokegoldyngton primo invenit Willelmum Wanter maritum suum mortuum iacentem in aqua vocata Ouse circa horam nonam que statim etc. . . . . plegium Johannis Randulf et Willelmi Tayllor.

Johannes Randulf primus . . . . . Johannis Est et Willelmi Stokeman. Robertus Tortouse secundus . . . . Willelmi Tayllor et Johannis Clerc. Johannes Webbe tertius . . . . Thome Stowe et Johannis Elyot. Johannes Clerc quartus . . . . . Johannis Randulf et Thome Sweyn.

Inquisitio inde capta coram Willelmo Barton uno coronatore Comitatus Buk. apud Newynton blosmenyle die Martis proxima post festum etc. . . . . per quatuor villatas propinquiores scilicet, Clyfton, Emberton, Hardmede, et Chychele cum villata de Newynton predicta una cum sacramentis Thome Bozard, Rogeri Bernham, Johannis Grene, Johannis Bakere, Johannis Weston, Willelmi Terbray, Johannis Mason, Thome Lombe, Johannis Clerc, Thome tyeys, Johannis Webbe, et Thome Stowe juratores, Qui dicunt per sacramentum suum quod die dominica proxima ante festum Sancti Martini Anno etc. . . . . Willelmus Wawter de Stokegoldyngton cecidit in molendino prioris de Ravneston apud Stoke goldyngton vocato fullyngmulle posito ultra aquam vocatam Ouse et ibidem per predictum molendinum interfectus fuit et in dicta aqua prostratus ita quod incontinenter per predictum molendinum mortuus fuit. Precium moventi dicti molendini iijs<sup>s</sup> unde dicta villata de Ravneston onerata (est). Et dictus prior dominus illius molendini attachiavit plegios Thome Stowe et Johannis Clerc.

---

[On Sunday, 14 March 1378, at Newton Blossomville Isabel Wanter, of Stoke Goldington found William Wanter her husband lying dead in the Ouse. An inquest was held before Wm. Barton on 16 March, and the jury found that Wm. Wanter fell in the mill called

the Fulling Mill which belonged to the prior of Ravenstone,<sup>5</sup> and situate over the Ouse. They found that he died through the agency of the mill, and fell into the water. The cost of moving the mill was 3s., with which Ravenstone is charged. The prior secured Thos. Stowe and John Clerc as pledges].

---

Contigit apud Tyngewyke die Martis proxima post festum Sancti Gregorii pape Anno etc. . . . . quod Johannes Shott primo invenit Willelmum Trystram de Tyngewyk mortuum in lecto suo in aula rectorie de Tyngewyke qui statim etc. . . . . Willelmi Smyth et Ricardi Esex.

Willelmus Veysy primus . . . . . Ricardi Esex et Roberti Carpenter. Johannes Drayton secundus . . . . . Willelmi Veysy et Willelmi Tayllor. Michaelis Bacus tertius . . . . . Johannis Drayton et Willelmi Veysy. Walterus Geraus quartus . . . . . Michaelis Bacus et Ricardi Esex.

Inquisitio inde capta apud Tyngewyke coram Willelmo Barton uno coronatore Comitatus Buk. die Jovis proxima post festum Sancti Gregorii pape Anno etc. . . . . per quatuor villatas propinquiores scilicet Gaucote, Barton, Chetwode et Hyldesdon una cum villata de Tyngewyke predicta una cum sacramentis Willelmi Tame, Roberti Hockekyns, Willelmi Chythe, Ricardi Esex, Thome Smyth, Radulfi North, Johannis Revesone, Johannis Pekkere, Johannis Doorton, Willelmi Bukyngham, Willelmi Cartere, Ricardi Croulton juratores. Qui dicunt per sacramentum suum quod die Martis etc. . . . . Willelmus Trystram circa ignitegium subito in lecto suo in aula rectorie de Tyngewyke morte subitanea moriebatur. Et dicunt quod nil aliud inde sciunt ut inquirere possunt.

---

[On Tuesday, 16 March 1378, John Shott found Wm. Trystram of Tingewick dead in his bed in the Rectory house. An inquest was held at Tingewick before Wm.

---

<sup>5</sup> We know very little of this small house of the Austin Canons; in 1316 the prior had a third of the vill of Ravenstone (*Feudal Aids*, I., 110), but no details of their possessions are available. The priory was dissolved in 1525.

Barton; and the jury found that Wm. Trystram<sup>6</sup> died suddenly in his bed in the Rectory, and that they know no more].

Contigit apud Blechele die Martis proxima ante festum Apostolorum Philippi et Jacobi Anno etc. . . . . quod Hugo Heldere de Blechele primo invenit Hugonem servientem Johannis Baylly mortuum in domo dicti Johannis Baylly apud Blechele qui statim etc. . . . . plegium Johannis Baylly et Henrici Janne.

Michaelis Payn primus vicinus . . . . . Johannis Bayly et Johannis Tayllor. Willelmus Felp secundus . . . . . Michaelis Payn et Henrici Janne. Henricus Janne tertius . . . . . Willelmi Felp et Johannis Norman. Johannes Tayllor quartus . . . . . Henrici Janne et Willelmi Felp.

Inquisitio inde capta apud Blechele coram Willelmo Barton uno cononatore etc. . . . . die Veneris proxima post festum apostolorum etc. . . . . per quatuor villatas propinquiores scilicet, Newynton longevyle, Eton, Stoke, et Fenystratford cum villata de Blechele predicta una cum sacramentis Johannis Soleman, Willelmi Thomas, Thome Bakere, Johannis Jakeman, Willelmi Harryes, Johannis Harryes, Willelmi Felyp, Johannis Norman, Walteri Thresshere, Petri Carpenter, Henrici Janne, et Michaelis Payn Juratores, Qui dicunt per sacramentum suum quod die Lune proxima ante festum etc. . . . . Hugo serviens Johannis Baylly in suo proprio defectu cecidit in ignem in domo Johannis Baylly apud Blechele. Ita quod die Martis proxima sequente in dicta domo moriebatur. Et dicunt quod nil aliud inde sciunt ut inquirere possunt. Et dictus Johannes Baylly dominus illius domus attachavit plegium Thome Bakere et Johannis Ryse.

[At Bletchley on Tuesday, 27 April 1378, Hugh Heldere found Hugh, the servant of John Baylly dead in Baylly's house. An inquest was held before Wm.

<sup>6</sup> Tristram may have been curate because Hugh de Derham was instituted in 1375 and the next presentation given by Browne Willis was in 1415 "on the death of Hugh Derham." (*History of Buckingham Hundred*, p. 319).



Barton on 7 May 1378 and the jury found that Hugh, through his own neglect, fell into the fire and died in consequence; and that there is nothing more into which they can inquire. Baylly secured as pledges Thos. Baker and John Ryse].

Contigit apud Bukyngham die Mercurii post festum Sancti Johannis ante portam latinam Anno etc. . . . . quod Nicholaus Thorneborgh primo invenit Agnetam filiam Henrici Thorneborgh de aetate j anni mortuam in domo dicti Henrici circa mediam noctem apud Bukyngham qui statim etc. . . . plegium Johannis Coket et Willelmi Geffrey.

Johannes Coket primus etc. . . . . Johannis Peynter et Willelmi Smyth. Ricardus Tayllor secundus . . . . . Willelmi Seman et Thome Roo. Stephanus Gaucote tertius . . . . . Johannis Blake et Ricardi Astwik. Johannes Broun quartus . . . . . Johannis Peynter et Johannis Bytham.

Inquisitio inde capta coram Willelmo Barton uno coronatore etc. . . . . apud Buk. die Jovis proxima post etc. . . . . per quatuor villatas propinquiores scilicet, Borton, Morton, Lemborgh, Gaucote cum villata de Bukyngham predicta una cum sacramentis Simonis Eton, Thome Tuwe, Johannis Angewyn, Johannis Chaumberlayn, Ricardi Astwyk, Hugonis Palmere, Johannis Brode, Ricardi Tayllor, Johannis Domer, Johannis Coket, Hugonis Borton, et Willelmi Wodeward Juratores, Qui dicunt per sacramentum suum quod die Mercurii etc. . . . . statim post horam nonam Agnes filia Henrici Thorneborgh de Bukyngham de aetate unius anni in nullius defectu set tantomodo per infortunium cecidit in ignem in domo predicti Henrici apud Bukyngham. Ita quod eadem nocte circa mediam noctem in domo predicti Henrici ibidem moriebatur. Et dictus Henricus dominus illius domus et pater illius Agnete attachiavit plegium Johannis Coket et Johannis Broun.

[At Buckingham on Wednesday, 12 May, 1378, Nicholas Thorneborgh found Agnes, daughter of Hy.

Thorneborgh, aged one year dead in her father's house. An inquest was held before Wm. Barton on the following day, and the jury found that she had accidentally fallen into the fire and died the same night. Her father secured as pledges John Coket and John Brown].

---

Contigit apud magnam Loughton die Veneris proxima ante festum Pentecoste Anno etc. . . . . quod Laurentius Thechere primo invenit Willelmum Sapcote personam ecclesie de parva Loughton mortuum in regia via ibidem qui statim etc. . . . . plegium Johannis atte halle et Johannis Newman.

Robertus Curteys primus . . . . . Johannis Penkus et Johannis Knyht. Willelmus Robyns secundus . . . . . Rogeri Lambard et Rogeri Dawes, Johannes Perseval tertius . . . . . Willelmi Rede et Johannis Makke. Robertus Chaumpeneye quartus . . . . . Walteri Tebold et Ade Balle.

Inquisitio inde capta apud magnam Loughton coram Willelmo Barton uno coronatore comitatus Buk. die Sabati in vigilia Pentecoste Anno etc. . . . . per quatuor villatas propinquiores scilicet, Shenle, Bradewell, Wolston, et Woketon cum villata de magna Loughton predicta una cum sacramentis Rogeri Lambard, Roberti Curteys, Roberti Betrych, Thome Denyle, Henrici Boleye, Johannis Penkus, Johannis Knyht, Willelmi Payn, Willelmi Robyns, Walteri Tebold, Johannis Eton, et Ade Balle juratores, Qui dicunt per sacramentum suum quod die Veneris etc. . . . . Johannes Gerveyes persona de magna Loughton felonice interfecit Willelmum Sapcote cum una sagitta precii j<sup>d</sup> apud magnam Loughton in regia via. Et quod idem Johannes statim fugit ad ecclesiam de magna Loughton postquam predictam feloniam fecit. Et quod dictus Johannes nulla habuit bona nec catalla die quo dictam feloniam fecit.

Precium arcus et sagitte xiiij<sup>d</sup> unde dicta villata de magna Loughton onerata (est).

[At Great Loughton on Friday, 4 June 1378, Lawrence Thechere found Wm. Sappcote,<sup>7</sup> priest of Little Loughton, dead in the highway. An inquest was held before Wm. Barton on 5 June, and the jury found that John Gerveyes, priest of Great Loughton, feloniously killed Wm. Sappcote with an arrow, worth 1d., that he immediately fled to his church, and that he had no goods or chattels. The value of the bow and arrow was 14d., and Great Loughton was charged with this].

Contigit apud Walton die Lune proxima post festum Sancte Trinitatis, etc. . . . . quod Willelmus Tranus primo invenit Willelmum filium Johannis Neuport mortuum in regia via in villa de Walton exposito hostio Petri Bray qui statim etc. . . . . Ricardi Ace et Johannis Pygou.

Johannes Tannere primus . . . . . Johannis Pygou et Ricardi Ace. Ricardus Charge secundus . . . Willelmi Ace et Johannis Hulle. Johannes Pygou tertius . . . . Ricardi Charge et Johannis Tannere. Robertus Pade-worthe quartus . . . . Willelmi Ace et Ricardi Charge.

Inquisitio inde capta apud Walton coram Willelmo Barton etc. . . . . die Mercurii proxima ante festum Corporis Christi Anno etc. . . . . per quatuor villatas propinquiores scilicet, Wayyndene, Bollebrykulle, Walton et Caldecote cum villata de Walton predicta una cum sacramentis Ricardi Ace, Radulfi Somenor, Johannis Pygou, Johannis Ace, Willelmi Ace, Johannis Tannere, Johannis Richardessone, Simonis Woderone, Johannis Tulle, Johannis Pykot, Johannis Duddele et Ade Perys, juratores. Qui dicunt per sacramentum suum quod die Lune proxima post festum Sancte Trinitatis Anno etc. . . . . equus anterior trahens in carecta Simonis Saresone prostravit per infortunium et in nullius defectu Willelmum filium Johannis Neuport de etate duorum annorum in regia via apud Walton. Ita quod predicta carecta trahebatur per predictum

<sup>7</sup> According to Lipscomb (IV. 239) William, Capellanus de Sappcote became rector of Little Loughton on 20 Mar., 1369. Lipscombe calls the rector of Great Loughton John Gerneys, and makes him exchange the living for that of Bodiam in 1382.

equum ultra caput predicti Willelmi. Ita quod predictus Willelmus incontinenter moriebatur. Et dictus Simon dominus illius equi et carecte attachiavit plegium Willelmi Ace et Johannis Tannere. Precium equi et carecte xxxiiij<sup>a</sup> unde dicta villata de Walton onerata (est).

[At Walton on Monday, 13 June 1378, Wm. Tranus found Wm., son of John Newport, dead in the highway opposite the inn of Peter Bray. An inquest before Wm. Barton was held on 16 June, and the jury found that the leading-horse drawing the waggon of Simon Saresone, unluckily and by nobody's fault, threw William Newport (aged two) into the highway, and that the waggon went over his head so that he died immediately. Simon the owner of the waggon secured as pledges Wm. Ace and John Tannere. The value of the horse and waggon was 34s., with which Walton is charged].

Contigit apud Polycote die Lune proxima post festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste<sup>a</sup> Anno etc. . . . . quod Johannes Perys primo invenit circa horam nonam Aliciam filiam Johannis Waryner de etate duorum annorum mortuam iacentem in quodam puteo aquoso in clauso ipsius Johannis Waryner qui statim etc. . . . . Johannis Colles et Johannis Harcourt.

Thomas Aston primus . . . . . Johannis Harcourt et Johannis Tayllor. Johannes Rolves secundus . . . . . Thome Aston et Johannis Colles. Agnes Smyth tertius . . . . . Elie Hurne et Thome Belle. Willelmus Rolves quartus . . . . . Johannis Colles et Johannis Rolves.

Inquisitio inde capta coram Willelmo Barton etc. . . . . apud Polycote die Mercurii proxima post festum Apostolorum Petri et Pauli Anno etc. . . . . per quatuor villatas propinquoiores scilicet, Dorton, Chylton, Esyngton et Cherdusle cum villata de Polycote

<sup>a</sup> Although this and the succeeding entries are related to the year I. Richard II., actually they fall into the second regnal year; the year I, Richard II. extended from 22 June, 1377, to 21 June, 1378.

predicta cum sacramentis Johannis Harcourt, Roberti Wolleward, Johannis Rolves, Willelmi Rolves, Johannis Threshere, Willelmi Colman, Johannis Felp, Johannis Mortimer, Johannis Colles, Thome Balle, Elie Hurne, et Thome Smyth, juratores. Qui dicunt per sacramentum suum quod die Lune etc. . . . . Alicia filia Johannis Waryner de Polycote de etate duorum (annorum) in nullius defectu set tantum per infortunium cecidit in puteum adquosum in clauso ipsius Johannis Waryner apud Polycote predicta et ibidem demergebatur. Et dicunt quod nil aliud inde sciunt ut inquirere possunt. Et preceptum est incontinenter quod dictus puteus obstupetus (esset) ne periculum inde eveniat in futurum. Et predictus Johannes Waryner dominus illius putei attachiavit plegium Thome Smyth et Johannis Colles.

---

[At Pollicott on Monday, 28 June 1378, John Perys found Alice, daughter of John Waryner, aged two, lying dead in a well of water in her father's yard. An inquest was held before Wm. Barton on the following Wednesday. The jury found that Alice fell into the well entirely by accident, and that she was then drowned; and that there was nothing more into which they could inquire. The well was ordered to be filled up lest danger should arise from it in future; and John Waryner, owner of the well, secured Thos. Smyth and John Colles as pledges].

---

Contigit apud Hanslap die Mercurii proxima post festum Translationis Sancti Thome martiris Anno etc . . . . . quod Willelmus Muleward primo invenit circa horam primam Robertum Neubonde de Hanslap mortuum iacentem in aqua vocata Ouse qui statim etc. . . . . Johannis Cartere et Johannis Hurne.

Hugo Thony proximus vicinus . . . . . Roberti Feror et Johannis Bynnere. Thomas Canvyle secundus . . . . . Hugonis Thony et Johannis Tayllor. Nicholas Spysor tertius . . . . . Johannis Hanne et Johannis Rogger.

Robertus Nychol quatuor . . . . . Willelmi Cartere et  
Johannis Bysshop.

Inquisitio inde capta apud Hanslap coram Willelmo Barton etc. . . . . die Jovis proxima post festum etc. per quatuor villatas propinquiores scilicet, Haversham, parva Lynford, Gothurst, et Wolverton cum villata de Hanslap predicta una cum sacramentis Johannis Bysshop, Johannis Moxham, Willelmi Bowels, Johannis atte hurne, Johannes (*sic*) Carter, Thome Caumbe, Radulfi George, Johannis Wynnemere, Willelmi Cartere, Willelmi Rogger, Radulfi Rogger, et Johannis Hanne juratores, Qui dicunt per sacramentum suum quod die Lune proxima post festum Translationis etc. . . . . Robertus Neubonde de Hanslap saltavit in aqua vocata Ouse erga pratum commune de Hanslap ad natandum et ibidem natavit et in dicta aqua in suo proprio defectu et in nullius alterius demergebatur. Et dicunt quod nil aliud inde sciunt ut inquirere possunt.

---

[At Hanslope on Wednesday, 14 July 1378, Wm. Muleward found Robt. Neubonde of that place lying dead in the Ouse. An inquest was held the next day before Wm. Barton, and the jury found that Neubonde jumped into the Ouse near the common pasture of Hanslope in order to swim and was drowned through nobody's fault but his own; and that there was no more into which they could enquire].

---

Contigit apud Magnam Brykulle die Jovis proxima post festum Translationis Sancti Thome martiris Anno etc. . . . . quod Ricardus Deye circa horam nonam primo invenit Johannem Perys mortuum in communi via in magna Brykull predicta qui statim etc. . . . . Johannis Rosesone et Johannis Coket.

Johannes Adekyns . . . . . Johannis Rosesone et Rogeri Wyllus. Johannes Gladewelle . . . . . Johannis Coket et Galfridi Halle. Thomas Tannere . . . . . Johannis Tannere et Johannis Coket. Willelmus Dru . . . . . Thome Tannere et Rogeri Willus.

Inquisitio inde capta coram Willelmo Barton etc.  
 . . . . . per quatuor villatas propinquiores scilicet,  
 Bragenham, parvam Brykull, Fenystratford et Bolle-  
 brykulle cum villata de magna Bukull (*sic*) predicta  
 una cum sacramentis Johannis Hulle, Thome Vernun,  
 Johannis Willam, Johannis Stalworth, Johannis  
 Adekyns, Galfridi atte Halle, Rogeri Wylles, Ricardi  
 Perkyn, Johannis Duyn, Ricardi Trechaumbre,  
 Johannis Tannere et Pauli Durant juratores, Qui  
 dicunt per sacramentum suum quod die Jovis etc. . . . .  
 Johannes Perys serviens Walteri Heyward fugavit  
 carectam fimalem ipsius Walteri Heyward plenam fimo  
 in vico communi in magna Brykulle. Et dicta carecta  
 per infortunium et in nullius defectu cecidit super pre-  
 dictum Johannem Perys. Ita quod statim moriebatur.  
 Precium carecte ij<sup>s</sup> unde dicta villata de magna Brykull  
 onerata (est).

---

[At Great Brickhill on Thursday, 8 July 1378, Rd. Deye found John Perys dead in the highway. An inquest was held before Wm. Barton, and the jury found that Perys drove a cart filled with dung belonging to Walter Heyward whose servant he was; and that through the fault of nobody the cart fell on John Perys, so that he died forthwith. The value of the cart, two shillings, is charged against Great Brickhill].